



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De dæmone, qui in habitu monachi profectus est ad cellam cuiusdam  
senis in Raythu. Capvt. CXIX.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*uiuificus sanguis magni Dei & Saluatoris nostri  
Iesu Christi.*

*3 Habes ex hoc loco, monachum non debere dimittere  
institutum suum. Quod si facit, valde peccat.*

*De dæmone, qui in habitu monachi profectus est  
ad cellam cuiusdam senis in Raythu.*

## C A P V T. CXIX.

**D**ICEBAT nobis Abbas Eusebius Presbyter eiusdem monasterij Raythu, cum ad illum venissemus, quod dæmon in habitu monachi profectus fuit ad cellam senis, & cum pulsasset ianuam, aperuit senex, & dixit illi: Ora. Dæmon autem ait. Et nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Senex autem iuratus dixit: Ora. Et dæmon similiter ait: Nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Tunc senex edixit: Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto, etiam nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Hoc autem cum dixisset senex, dæmon quæ vim passus ab igne, euauit.

*De Tribus monachis mortuis inuentis à  
piscatoribus Pharenitis.*

## C A P V T CXX.

**N**ARRAVERUNT nobis, Pharonitæ piscatores, dicentes: Die quadam iuimus in Buchrin trans mare rubrum, & cum plurimos pisces cœpissimus, reuersi sumus, & reuimus prope Perelium. Volentesque transfreare in Raythu, prohibiti sumus à ventis contrariis, ac maris tempestate detenti sumus per dies nonaginta. Venientes autem in quoddam maximum desertum, inuenimus subter vnum saxum tres Anachoritas defunctos, indutos collobijs de sibi-

no-me-